

der zöndeten und Maßtäne im weissen der sing ist singen am wale statt
die armen und arthlern sind zum hammerboldt fehling und lachens
und fackt von welcher duncals pfeift und plauet das offner stehlen so in
vom finnen instrument ihres zuerstes tegeln berandt bausnald von festen
der manne hat uns rechte gemaet und luden gegeben von dem gedachten
und warhaft ein veracht und hat seine gral so es sollt und kann nicht
woefc und wufe wie das vom leste gesien magf gesetzt und schutzt
seinfloßteren so die er nicht gewinnt als ubrallig und
ist dann von den doulzun singt und richart johannes magens
ihren weckenen spaken und johannen sibbonge und kerte dorote regen
den xvi. und xvii. und xviii. und xix. und xx. und xxii. und xxiii. und xxiv.
an xxi. und xxv. und xxvi. und xxvii. und xxviii. und xxix. und xxx. und xxxi.
an xx. und xxxii. und xxxiii. und xxxiv. und xxxv. und xxxvi. und xxxvii. und xxxviii.
an xxxviii. und xxxix. und xxxviii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii.
an xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii.
an xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii.
an xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii.
an xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii.
an xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii.
an xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii. und xxxvii.



R 3.175 q.

33 38

COLLEGII TERTII In Augustanam Confessionem

DISPUTATIO I.

continens

ΘΕΣΙΝ ARTICVLI V.

De

Ministerio Verbi & Sacramentorum,

Proposita.

In Electorali Academia VVittebergensi

P R A E S I D E

JACOBO MARTINI S.S. Th.

Doct. & Profess. Publ. Primario, Facult. Theol.

Seniore, ac Templi Arcis Præposito,

R E S P O N D E N T E

M. NICEPHORO KESSELIO. S.C.

Habebitur

In Auditorio Collegii Veteris

Ad diem 7. Martij.

WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AVERBACH, Acad. Typogr.
ANNO M DC XXX.



VIRIS

Admodum Reverendis, Generosis, Magnificis,

Nobilissimis, Amplissimis, prudenti Gravitate, Gravi eru-

ditione, erudita virtute, & virtuosa Authoritate

Eminentissimis

Dn. Præposito

Dn. Decano

Dn. Seniori & Reliquis Prælatiſ atq, Proce-
rib. in venerando Canonicorū Episcopatus Martisbur-
gensis Collegio; Dominis Mecœnatibus, Ever-
getis, & Promotoribus suis Magnis.

UT ET

VIRIS

Clarissimis, Consultissimis, Prudentissimis; omni virtute,
summa Integritate, multaq; Experiencia
Præcellentissimis

Dn. Consulibus, Prætoribus, & cæte-
ris Patribus Senatus Martisburgensis
conscriptis.

Dn. Promotoribus, Favitoribus, respectivè af-
finib; eviternū honorandis,

Hoc uelētua Theologicum

Honoris ac devotionis ergò

Reverentia qua potest

humilimā

In sui suorumq; studiorum commenda-
tionem ac promotionem

O. D. C.

M. NICEPHORUS Kessel R.





COLLEGII TERTII
In Augustanam Confessionem.

DISPUTATIO I.

Continens thesēs articuli V. De Ministerio Verbi
& Sacramentorum.

PRO O E M I U M .

Articulus quartus Augustanæ nostræ Cōfessionis, ut verè docet ex Sacrâ Scripturâ, hominem peccatorem non nisi fide in Christum justificari ; Sic quoque orthodoxam hanc veritatem contrà Pontificiorum, & inter illos Jesuitarum cum primis Antesignani Martini Becani imposturas & Sophismata Spiritus sancti gratiâ adjuti (Deo sint grates) defendimus : consequens est, ut ad articulum Symboli nostri Quintum, accessum faciamus. Quia enim inter reliqua de justificationis organo, fide nimur, confessorum nostrorum sententiam perspeximus, & Pontificiorum, utpote adversariorum cacodoxorum strophas solvimus & rejecimus ; Instituti nostri & methodi confessionis ratio postulat, ut accuratiū nunc expendamus, quibusnam mediis candem fidem nobis conferri, iidem Heroes reverā *Geodidaxi* statuant : Et quid contrà orthodoxam illorum sententiam veritatis hostes ogganniant, itidem videamus & examinemus.

THESES.



THEESES.

I. Verba confessionis ita habent: Ut hanc fidem confessamur, institutum est ministerium docendi Evangelii, & porrigiendi Sacra menta. Nam per verbum & Sacra menta, tanquam per instrumenta donatur Spiritus sanctus, qui fidem efficit, ubi & quando visum est Deo, in iis, qui audiunt Evangelium, scilicet, quod Deus non propter nostra merita, sed propter Christum justificet hos, qui credunt, se propter Christum in gratiam recipi. Damnant Anabaptistas & alios, qui sentiunt, Spiritum sanctum contingere sine verbo exter no hominibus, per ipsorum preparationes & opera.

II. Hic quoque articulus eandem variationis fortunam, quam iste praecedens, est expertus; quæ sic habet: Itaque instituit Christus ministerium docendi Evangelii, quod prædicat pœnitentiam & remissionem peccatorum. Est ergo utraq; prædicatio universalis; omnium peccata arguit, & omnibus creditibus promittit remissionem peccatorum propter Christum, non propter ipsorum merita aut dignitatem. Hi omnes certè consequuntur remissionem peccatorum. Et cum hoc modo consolamur nos promissione seu Evangelio, & erigimus nos fide, simul datur nobis Spiritus sanctus. Nam Spiritus sanctus datur & est efficax per verbum Dei & per Sacra menta. Cum Evangelium audimus, aut cogitamus, aut Sacra menta incolamus, & fide nos consolamur, simul est efficax Spiritus sanctus, juxta illud Pauli: ut missio ex fide Iesu Christi detur creditibus. Et ad Corinthi. Evangelium est ministerium Spiritus. Et ad Rom. Fides ex auditu est. Cum igitur fide nos consolamur, & libemur à terroribus peccatorum per Spiritum sanctum, concipiunt corda ceteras virtutes, agnoscent misericordiam Dei, concipiunt veram dilectionem, verum timore Dei fiduciam, item divini auxilij, invocationem & similes fructus Spiritus. Damnantur illi, qui de hac fide, quæ remissio peccatorum accipitur, nihil docent; sed jubent conscientias dubitare, an consequantur remissionem peccatorum. Et addunt hanc dubitationem, non esse peccatum. Item docent, homines consequi remissionem peccatorum, propter propriam dignitatem, non docent credendum esse quod gratis propter Christum, remissio peccatorum donetur. Damnantur ictem Fanatici Spiritus, qui fingunt, Spiritum sanctum dari, aut efficacem esse sine verbo

.anunt.



verbo Dei. Et ob eam caussam contemnunt illuminationem Evangelii & Sacramentorum, & querunt illuminationes sine verbo Dei, & extra Evangelium, atq; ita abducunt animos à verbo Dei ad proprias opiniones. quod est perniciössimum. Tales fuerunt olim Manichæi, Enthusiastæ, & nunc sunt Anabaptistæ, hujusmodi furorem constanter damnamus. Abolent enim verum usum verbi Dei, & falsò somniant, sine verbo Dei accipi Spiritum sanctum, & freti suis opinionibus comminiscuntur impia dogmata, & efficiant infinitam dissipationem.

III. Verum ut in præcedentibus, sic quoq; in hoc articulo hanc ipsorum variationem improbamus & rejicimus, non tantum quia prolixitate suâ confessionis modum excedit, sed etiam quia quædam huc non pertinentia immiscet, (tria enim habet. i. de dubitatione Pontificiâ, quæ verò Anno ab hinc centesimo, hoc est, sesquimillesimo trigesimo nondum fuit controversa. 2. Testimonia. 3. Rationes contrâ Catabaptismum, quibus non est opus) Tautologiâ vitiat (in præcedentis enim articuli variatione pleraq; sunt dicta) cœcysmum. quoq; illum de Evangelio, quod prædicet pœnitentiam & arguat peccata, ingeminat. Et deniq; quia nonnulla intricatiūs differit de fidei donatione, quasi hæc fiat sine Spiritu sancto, & virtutibus aliis: ex quibus adversarii ansam calumniandi, ac manifestas antilogias Ecclesiis nostris objiciendi arripuerunt:

IV. Ceterum ex prototypo simul & variatione ejus intelligitur, non agi in articulo hoc in genere & simpliciter de ministerio Ecclesiæ. Sed duntaxat de ministerio Evangelii & Sacramentorum, hoc est, de illâ tantum ministerii parte, cuius beneficio acquiritur fides, de quâ in præcedente articulo est agum. Illa verò non legis Mosaica, (quam alias quoq; ipsum Evangelii ministerium tractat) sed solum Evangelii & Sacramentorum tractatione & usu acquiritur.

V. Quocirca in articulo hoc tantum agitur, nempe in specie exponitur usus sive utilitas, quam homines converendi & justificandi ex ministerio capiunt, ut nimirum per illud

A 3 done-



donetur Spiritus sanctus, & mediante illo acquiratur fides, quia
justificationis gratia apprehenditur.

V I. Scopum ejus, respectu Pontificiorum, quem ha-
buit, in ipsa exhibitione quod attinet; non fuit ἐλεγχικός: ni-
hil enim hāc parte Ecclesiis nostris cum Pontificiis fuit publi-
cē controversialē: Fuit ergo tantum διπλοῦ ηγητικός. Quia enim
tempore confessionis editæ Enthusiasmus invalescebat, furor
que Catabaptistarum vulgo passim grassabatur, ne Ecclesiæ no-
stræ in suspicione justa talium furorum esse possent; opus illis
fuit hāc purgatione, ut nihil cum istis furoribus sibi commune
esse Confessores ostenderent.

V II. Intelligitur hoc ex Caroli Cæsarī & Catholico-
rum (Pontificiorum) Principum ad articulum hunc quintum
responsione, quæ ita habet: *In articulo quinto, quod Spiritus san-
ctus per verba & Sacra menta datur tanquam per instrumenta, com-
probatur: sic enim scriptum habetur Act. 10. Adhuc loquente Petro,
verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audierunt ver-
bum. Et Joban. 1. Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.* Quod au-
tem fidei mentionem hic faciunt, etenim approbarur, quatenus de
fide non solā. (ut Apostolus rectè docet Galat. 5.) intelligatur. In
baptismo enim non sola fides, sed & spes, charitasq; simul infundun-
tur, ut declarat Alexander Papa C. majores, de baptismo & ejus effe-
ctis, quod & ante longè docuit Jobannes Baptista de Christo loquens
Luc. 3. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.

I X. Ceterū filum Articuli hujus, prout quidem in
prototypo sonat, secuti, videbimus. 1. Ἡσυχia sententiæ veræ si-
ve orthodoxæ. 2. ἀντίθεσι sive αἵρεσι & condemnationem
falsæ sive heterodoxæ.

X I. Prior pars rursus in se duo continet membra. Pri-
mū de fide acquirenda τὸν exponit, hoc est, undē ea con-
stet. Alterum τὸ πῶς hoc est, quomodo comparetur, ostendit.

X. De primo sic habet confessio: *Ut fidem consequamur
institutum est ministerium docendi Evangelii & porrigendi Sacra-
menta.* Fides enim non est omnium, inquit Apostolus 2. Thes.
3. v. 2. Quandoquidem depravata hominis natura illam secum
non



non trahit, utpote cuius figmentum omne tantummodo malum est; arborē mala cum sit, non potest bonos fructus ferre, aut fidem erga Deum ex sese progignere.

XI. Quare nullæ in nobis manserunt reliquæ vires, quibus ipsi in nobis fidem accendere valeamus Ex nobis enim, tanquam ex nobis non possumus quicquam boni cogitare 2. Cor. 3. v. 5. quippe in peccatis ad Spirituale bonum, quale est fides, e- mortui sumus ad Ephes. 2. v. 5.

XII. Necesse igitur est ab altiore nobis fides principio & quasi cœlitus infundatur. Solus namq; Deus est, qui dat velle & perficere Philip. 2. v. 13. Et Phil. 1. v. 20. scriptum est, donatum vobis est in Christi negotio, non solum, ut in ipsum credatis, verum etiam, ut pro illo patiamini.

XIII. Atq; hinc est, quod fides nominatur opus Dei Joh. 6. v. 29. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille: referturq; inter χαριτατικæ sive dona Spiritus Sancti 1. Cor. 12. v. 9. & Deut. 29. v. 4. Deus est, qui donat cor intelligens, oculos videntes & aures audientes.

XIV. De primo ergo hoc membro, ut ex veris solidisq; egamus fundamentis, tria rursus occurront accurate expenda: utpote ministerium, verbum, & Sacra menta: quorum omnium autor, ut prototypon habet, est solus Deus. Quippe qui ab initio mundi usq; huc ea omnia instituit, & etiamnum conservat, servabitq; adhuc ad finem usq; mundi, Genes. 2. v. 16. Act. 10. v. 43. Marc. 16. v. 15. Rom. 1. v. 16. cap. 10. v. 14. Et 18. Esa. 40. v. 8. Et 59. v. 21. Matth. 24. v. 14.

XV. Ministerium est officium sive munus publicum à Deo institutum, personisq; ad id ritè vocatis concreditum, ut verâ Evangelii doctrinâ, nec non legitimâ Sacramentorum administratione, multos secum eximpiâ multitudine ad Deum conversos, ad vitam & salutem æternam perducant.

XVI. Genus in hâc definitione est, officium publicum. Quorum prius, nempe quod sit officium, fundatur Syrac. 45. v. 21. Ubi legimus Deum Aaroni, summo Sacerdoti, deditis Officium docendi. Item Num. 4. v. 30. Jehovah mandat Mosi & Aaroni ab

anno
cœlum

anno ætatis trigesimo usq; ad quinquagesimum recensere omnes, qui ingressuri sunt in OFFICIUM ministerii sui : Et Salomon 2. Paral. 8. v. 14. constituit OFFICIA Sacerdotum in ministeriis suis.

XVII. Posterius, nempe quod sit publicum 1. additur auctoritate Psalm. 40. v. 9. & seqq. Item Matth. 10. v. 27. inquit Christus : Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce : & quod in au rem auditis, praedicate in tecto. 2. additur epitheton hoc propter tenebriones, lucifugos, qui alienas partes clanculum penetrant, atque ibi sui ministerii partes conantur obire 2. Timoth. 3. vers. 6.

XIX. Causa efficiens hujus ministerii est Deus, nempe pater, filius & Spiritus sanctus.

XIX. De Patre intelligi potest illud Christi Matth. 9. v. 38. Rogate Dominum messis, ut ipse operarios extrudat in messem suam. Item 2. Corinth. 5. v. 18. Deus nos reconciliavit sibi per Iesum Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Et Gal. 1. v. 16. Deus vocavit me per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut ipsum per Evangelium praedicarem inter gentes.

XX. Esse à filio, ab ipso Christo, hoc ministerium, patet ex multis Scripturæ locis, Matth. 10. v. 1. cap. 28. vers. 19. 20. Marc. 3. v. 14. cap. 16. v. 15. Luc. 6. v. 13. cap. 24. v. 47. Job. 20. v. 21. Actor. 1. v. 8. cap. 2. v. 3. & passim alibi.

XXI. Detertia personā testatur Petrus 2. Ephes. cap. 1. v. 21. Spiritu sancto inspiratos locutos esse Sanctos DEI homines. & Actor. 13. v. 2. Spiritus sanctus dicit Prophetis & Doctoribus Antiochenis, Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus, ad quod assumpcioeos. Item Actor. 20. v. 28. ait Paulus, Spiritus sanctus posuit vos Episcopos ad regendam Ecclesiam DEI, quam acquisivit sanguine suo.

XXII. A tota ergo Trinitate, quia ministerium hoc est institutum, inde ejus auctoritas & dignitas estimanda est : ob quam & illud Scriptura hinc inde egregiis epithetis exornat & illustrat, vocans : Officium divinum ; Functionem Spiritualem, Legationem Christi ; Ministerium DEI ; omnivorariae dispensationem, In gregem Christiani madversionem ; no minis



minis divini prædicationem. 2. Cor. 5. v. 18. 20. 1. Cor. 4. v. 1.
Actor. 20. v. 28. 2. Cor. 3. v. 8. C.

XIII. Unde hi, qui tale munus obeunt, oure ggoi & cooperarii DEI, quandoq; etiam ministri vocantur, ut meminerint, se non dominos, multo minus conscientiae dominatores aut κατακηρύξουσι τὸν κληρον, esse i. Petr. 5. 3. Sed constitutos ad docendū verbū & administranda Sacramēta, à Deo instituta. Vocantur etiā, im primis a Paulo, Apostoli, Prophetæ, Evangelista, pastores & doctores divinitus dati ad consummationem Sancrorū, in opus ministerii Epb. 4. n. 12. Itemq; positi a Spiritu S. perhibentur ad pascendam Ecclesiam DEI, quam ille sanguine suo redemit. Acto. 20. v. 28.

XIV. Verbum dicimus unicam illam normam & regulam infallibilem, à Regio Psalte toties decantatam, prædicatam Psalm. 110. quæ est perpetua pedum nostrorum lucerna, lucidissimaque cynosura, à qua animos nostros abducimini patiamur.

XV. Sive jam illud prædicatum, sive lectum, sive meditatum; est & manet tamen ὡς εἴ τι θαεῖται καὶ λόγος ζωῆς, quo renascimur ad vitam æternam i. Petr. 1. vers. 23. Iohan. 6. v. 63. Est priua πνεύματος καὶ ζωῆς, καὶ ψυχαὶ ζωῆς αὐτοῦ v. 68.

XVI. Verbum DEI vero in hac disputatione & negotio fidei, sive conversionis, & sic in allegato dicto Paulino στρέψασθαι de Evangelio non de lege accipiendum est, ut etiam confessio nostra Evangelium expressè nominat, & cum Sacramentis conjungit.

XVII. Néq; aliter intelligi vel accipi debet aut potest. Nam lex quidem fidem præcipit primo decalogi præcepto; non vero largitur eam, néq; instrumentum est, quo Spiritus S. fidem accendit: non enim per legem post lapsum justitia revelatur, quæ nos justificet, sed potius è cœlo patefit, per legem justa DEI ira, quæ nos condemnet Rom. 1. v. 18. Proindeq; contritionem potius ciet, peccata, atque inter hæc ipsam incredulitatem arguit ac damnat. Itam namq; operatur lex, Rom. 4. v. 15

B

& per.



& per illam agnitionem peccati, Rom. 3. vers. 20. Et c. 7. v. 7.
Evangelium verò digitum intendit in eum, qui peccata su-
stulit.

XXIX. Hinc Galat. 3. v 2. Apostolus : *Hoc solum, in-
quit, cupio discere a vobis : Ex operibus legis Spiritum accepisti, an
ex prædicatione fidei ? Ubi sane prædicatio fidei periphrasis est
Evangelij, proindeq; manifestum, quod non per legem, sed Ev-
angelium hic dicatur conferri Spiritus sanctus, qui (ut dixi-
mus) ad fidem in nobis ciendam, atq; mediante fide ipsam con-
sequenter salutem operatur.*

XXIX. Allegatur quoq; non à Paulo tantum, sed ab
ipso et Christo Esaiaz ædictum: *Domine, quis credidit, auditui no-
stro. Esa. 35. v. 1. Joh. 12. v. 38. Rom. 10. v. 16.* quo itidem signifi-
catur, ut credatur, auditu opus esse ; auditu verò non nisi Evange-
lii, quod est, Apostolo teste, potentia Dei ad salutem omni cre-
denti. Rom. 1. v. 16.

XXX. De hac quoq; verbi sive Evangelii efficacia legi-
mus i. Corinth. 1. v. 21. *Placuit Deo, per stultam prædicationem,*
*salvos facere credentes, & per sermonem Evangelii credere sive ad fi-
dem pervenire dicuntur homines Joh. 1. v. 12. & cap. 17. v. 8. &*
*1. Cor. 3. v. 5. quippe cuius finis nullus est aliis, quam salus o-
mnium credentium, sive Judæi sint, sive Græci Rom. 1. v. 16.* Non
enim Evangelium est litera mortua, sive sonus sine fructu in
aërem evanescens, ut homines fanatici ineptè tradunt ; sed ut
diximus, sermo vita æternæ Ioh. 6. v. 68. est semen incorruptibile,
quod fructificat in his, qui illud audiuint, & conservant in cor-
de bono Luc. 18. v. 15. ex quo semine renascimur ad vitam æter-
nam i. Pet. 1. v. 23.

XXXI. Ejusmodi verbum est, quod potest hominem
eruditum reddere ad salutem per fidem, qui est in Christo Je-
su 2. Tim. 3. v. 16. quodq; salvas reddere potest animas nostras,
Jac. 1. v. 22. per quod verbum Evangelii Paulus Corinthios suos
in Christo Jesu genuisse dicitur i. Corinth. 4. v. 15. proptereaque
Timotheo suo scribit, hoc faciens (nempe quod in offici tui
partibus tibi præscripsi) te ipsum servabis, (Evangelium nimi-
rum



rum meditando, & in ipsum credendo) & eos, qui te (fideliter docentem) audiverunt 1. Tim. 4.v.ult. Hinc etiam dicimur regnii per Evangelium filii Dei, 1. Cor. 4.v.15. reddimurque; cohaeredes & concorporales atque consortes promissionis in Christo, Ephes. 3.v.6.

XXXII. Exempla quoque idem luculenter comprobant: Auditores Petri in primâ concione Pentecostali, dicuntur compuncti corde Act. 2.v.37. eodem Petro loquente Spiritus sanctus delapsus est super omnes, qui audiebant sermonem ejus Act. 10.v.44. Audientes gentiles credidérunt, Act. 13. v. 48. Berrhoenses recepto verbo credidisse non paci leguntur Act. 17.v.12. & 13. idem scribitur de Eunuco Act. 8.v.35. & seqq. Item de Cornelio & ejus domesticis, Act. 10. v.1. & seqq. de Lydiâ, Act. 16.v.14. & aliis.

XXXIII. Ad hoc ergo verbum attendas & intendas, quicunque; viventem aquamvitæ, è Christi vulneribus scaturientem desideras. Deus enim salutem confert & fidem, non immediate, sive per Enthusiasmum; sed mediatae per verbum ejusque prædicationem & auditum.

XXXIV. Per hoc ceu instrumentum datur ac conferatur Spiritus sanctus, qui ad ciendam in nobis fidem est efficax, & mediante hac consequenter ipsam operatur salutem, ut patet ex manifestis jam allegatis scripturæ testimoniis, & exemplis illorum, qui per sermonem Apostolorum ad fidem Jesu Christi, conversi & illuminati fuerunt. Judæi, Proselyti, Samaritani Gentiles, mulierculæ & viri non pauci.

XXXV. Non quidem quod auditui per se aut naturali suâ actione, multo minus humanæ vocis talem èvèyðar & virtutem tribuamus, quasi illa innatâ sibi quâdam vi ad animam usque; hominis penetrare ac fidem conferre possit.

XXXVI. Quandoquidem minister cum suâ prædicatione citrâ Dei incrementum, ne tantillum quidem valet, ad salutem hominis conferendam. Neque enim qui plantat, est aliquid, neque; qui rigat. Usque; adeò prædicator suis viribus homines per Evangelium gignere, aut generatos custodire haud

B 2 potest,



potest, ut alicubi loquitur Gregorius: sed Deus est *o^υλ^ηγ^αν^ω*
qui incrementum dat. *Cor. 3. v. 7.* & per ministros, tanquam
instincta vasa & organa, gratia tua operatur, non propter ipsos,
sed propter illos, quibus opitulandum est, ut recte docet Chrysostomus.

XXXVII. Hinc ad ministerium hoc vocat non Angelos, sed homines peccatores, non præpotentes hujus mundi, non sapientes Philosophos, sed Apostolos idiotas, *Act. 4. v. 31.* pescatores, *Matth. 4. v. 18.* publicanos, *Matth. 9. v. 10.* ut ita in vasis testaceis circumferatur iste Evangelii thesaurus, & virtutis eminentia sit Dei, & non ex nobis *2. Cor. 4. v. 7.*

XXXIX. Quare vult Deus per hoc ministerium, tanquam per *έχνα* & officinam suam esse efficax, ita ut ipse sit & maneat causa *έργων*, ministri vero *έργων*: ipse sit, qui *έπωνται* agat, ministri vero *έξεσθαι*: ipse sit terminus, a quo fiat conversio, nos vero ad quem & in quo: ipse sit caula, ministerium vero ordo rei & organon, per quod Deus operatur.

XX XIX. Adscribitur ergo hac ratione hominibus nihil, quod Deo competit, neque tamen ministerium spoliatur sua efficacia, multò minus labor fidelium ministrorum irritus statuit esse in Domino, juxta illud *1. Cor. 3. v. 5.* *Quis est Paulus,* quis autem Apollo, nisi ministri, per quos creditur, & ut cuius Domini dedit? *Ety. 9.* etenim Dei sumus cooperarii, Dei agricolatio, Dei adificationis. Tantum ergo causarum accurata hic observatur ac traditur discretio.

XL. De Sacramentis porro, utpote de baptismo, & cœnâ Domini, eadem, quæ de verbo jam dicta sunt, prædicari possunt; Esse n. Deum per baptismum ad hominum regeneratum & salutem efficacem, testis est Christus *Joh. 3.* *Amen, amen dico vobis,* nisi quis natus fuerit ex aquâ & spiritu, non potest ingressum regnum cœlorum. Et *Marc. l. v. 4.* vocatur baptismus resipiscentie ad remissionem peccatorum.

XLI. Non minus illustria sunt Apostoli Pauli testimonias, quod sumus in mortem Christi baptizati *Rom. 6. v. 4.* quod per baptismum induerimus Christum Jesum. *Gal. 3. v. 27.* quod Christus Ecclesiam suam sanctificet, mundatam lavacro aquæ per

ver-



verbum. Eph. 5. v. 26. quod Deus secundum suam misericordiam
nos salvos fecerit per lavacrum regenerationis & renovationis
spiritus sancti Tit. 3. v. 5. Et quod Paulo consentiens Petrus ait:
Aquam baptismi nos salvos facere i. Epist. 3. v. 21.

XLI. De hisce & similibus testimonis queritur, nū hoc
velint, Deum per baptismum ista opera efficere, an vero solum
modo obsignare, cū extrā & præter baptismū à Deo efficiantur.

XLI. Nos primum affirmamus & probamus, nam verba
Christi Job. 3. v. 16. satis clara sunt. & Paulus ad Tit. 3. v. 5. satis a-
pertè dicit: Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & ad Eph.
5. v. 26. quod Christus purget Ecclesiam lavacro aquæ in verbo.

XLIV. Hæc perspicue loquuntur de actu & opere, quod
in baptismo fiant. Obsignationis quoque actus nullus est, ubi res
obsignanda non est. Quare si circumcisio fuit sigillum justitiae
fidei, docente Paulo Rom. 4. v. 11. & fides & fidei justitia conceden-
da est illis, quos dicimus circumcisione usos, ut sigillo justitiae fi-
dei. At infantes carnali propagatione justitiam illam, non ob-
tinuerunt, cū etiā Israelite rati liberi fuerunt filii ire, ut cœ-
ri Eph. 2. v. 3. & circumcisus tamen. Ergo aut Deus circumcisione
in ipsis operatus est fidem, ut constaret iisdem fidei justitia, aut
alius modus à Deo ad istorum bonorum collationem ordinata
monstretur circumcisionem antecessisse. Christus certè cir-
cumcisionem recenset inter opera salvationum hominum Job. 7
v. 23. atque sanatio illa facta non fuit corporalis, ergo spiritualis,
id quod Paulus justitiae fidei commonet mentione.

XLV. Quocirca sicut Deus in circumcisione operatus est
regenerationem: ita in Baptismo, qui circumcisioni successit,
hujusmodi effectus derogandus non est, præsertim cū verbū
Dei illū de actu Baptismi prædicet. Huc pertinent dicta Rom.
6. v. 6. Sepulti igitur sumus cum Christo per Baptismum in mortem:
ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Pa-
tris, ita & nos in novitate vite ambulemus. Col. 2. v. 11. 12. per quem
(Christum) circumcisus sumus circumcisione, quæ sit sine manibus, dum
exsistat corpus peccatorum carnis, per circumcisionem Christi: conse-
puit simul cum illo per Baptismū in quo simul etiam cum illo resur-
rexit per fidem operationis Dei, qui excitavit illum ex mortuis &c.



XLVI. Ubi circumcisio Spiritualis, seu mortificatio veteris hominis & resuscitatio novi, hoc est, regeneratio, quā nascitur fides ad justitiam, disertè dicitur fieri per Baptismum, non quōd aqua & externa ministri actio suā vi illud agat, sed quōd fides à D E o efficiatur, per Baptismum tamen ipso efficaciter agente, ut per medium Sacramentale, à se ad hoc operus ordinatum.

XLVII. Cœna Domini quoque medium est confirmandæ & conservandæ fidei, ut & obsignandæ gratiæ ac salutis.

XLIIX. Fundamentum hujus Theseos sunt verba Christi; *Hoc facite in mei commemorationem.* Quæ enim sit illa commemorationis, Paulus explicat, mortis Domini annunciatione, quæ nō duntaxat est historica recitatio, seu recordatio sed meditatio passionis & mortis Domini, quæ fit à probante scipsum homine, & quidem cum applicatione, quam Christus disertè commendat, inquiens: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hie est sanguis novi testamenti, qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum:* Applicationem etiam hanc certis symbolis visibilibus unito simul illis & sumentibus una præbito pignore corporis & sanguinis sui certiorem reddidit, ut hac, quæ anima est fidei, firmata fides fortificetur, imò obsignetur.

XLIX. Obsignationis verò pondus desumptum est ex eo, quod Paulus Rom. 4. v. ii. circumcisionem appellavit justitię fidei sigillum, quia nimirum fuit signum foederis Gen. 17. v. ii. Itaq; verba Institutionis hujus mentionem facientia. Novi Testamenti eandem applicationis rationem suggerunt non perperam, sed certissimè illud de circumcisione dictum Sacrae cœnæ aptatur.

L. Quanquam etiam ex hoc ipso argumento demonstratur convenientia, quōd circumcisioni tanquam proprium Sacramenti attribuitur, unde Sacraenta omnia id commune obtinent, ut nimirum sint sigilla promissionis ac donationis.

51. Si-



LII. Sicut autem fide, nobis mortem Domini applicante, consequimur justitiam, quae remissione peccatorum & imputata justitia mortui pro nobis Christi constat: Ita cum fide fructus Sacrae cœnæ ex fide manantes ulterius conjungendi sunt; qui in usu hujus cœnæ dignis, hoc est, fidelibus, virtute Dei per Sacramentum singulariter efficaci, magis constant; Sed haec fusiūs declarabuntur in disputatione de Sacramenis.

LIII. Porro munus hoc docendi, & Sacraenta administrandi, in publico Ecclesiæ cœtu nemo tractet, nisi vocatus.

LIV. Vocatio hinc duplex est: Immediata una. Mediata altera.

LIV. Immediata sive extraordinaria est, quæ fit ab ipso Deo sive Filio Dei, αὐτώς & proximè. Qualis fuit Prophetarum & Apostolorum: fitq; vel voce Dei, sine ullo ministerio aut interventu hominum, vel per homines sanè, sed tamen præente aperta designatione ipsius Dei.

LV. Qualiter Eliseus Dei voce designatur Propheta, vocatur autem deinde per ministerium Eliæ 1. Reg. 19. v. 16.

LVI. Mediata vocatio est, per quam certa quedam persona muneri Ecclesiastico præficitur, mediantibus hominibus, quibus id propriè competit: qualis est cæterorum Ecclesiæ Doctorum, Pastorum & Ministrorum.

LVII. Mediata quoque haec vocatio non humana, sed planè divina est. Quandoquidem illi, qui per Apostolos erant constituti Ecclesiarum Ministri, pronunciantur à Spiritu sancto positi Episcopi ad regendam Ecclesiam Dei, quam redemit sanguine suo. Actor. 20. v. 28. Quo modo Paulus Tito præcipit, ut oppidatim in Insula Cretâ Episcopos constituant. Tit. 1. v. 5.

LIX. Lutheri vocationem quod attinet, illa ad commune ministerium docendi mediata fuit; ad singulare vero istud opus revelationis Antichristi plusquam mediata, quam dicere possumus Heroicam ex mediata & immediata mixtam.

59. Cap-



LIX. Ceterum efficacia hujus ministerii neq; à pietate
neq; ab impietate ministri pendet ; sed unicè ab ordinatione
divina. Deus enim est , & manet causa principalis actionum
per ministros editatum , qui per organa sua , verbum & Sacra-
menta , vult esse efficax , quomodo cunq; tandem ratione vi-
tae ac morum comparata sit persona Ministeri.

LX. Quandoquidem non Minister , sed Deus est , qui
baptizat in Spiritu sancto Joban. i. v. 33. Et Apostolus Paulus
i. Cor. i. v. 13. non inquit , in nomine Pauli baptizari estis . Et i-
bidem cap. 3. v. 7. negat qui plantat , negat qui rigat est aliquid : sed qui
dat incrementa Deus. Atque hoc , Augustino teste , valde ne-
cessarium fuit , ne fiduciam salutis poneremus in alienis meri-
tis. Quod necessariò faciendum videretur , si remedium fa-
luti nostre virtus à bonitate aut malitia Ministeri dependeret.

LXI. Quid ? quod hoc modo nemo certus esse posset ,
se verum audire verbum , verum perceperisse baptismum , legi-
timum Sacrae cœnæ accipere Sacramentum. Quandoquidem
ut ut externis moribus se gerat Minister : potest tamen intrin-
secus in corde suo esse hypocrita. Quà ratione non dubitan-
dum duntaxat foret de mediis salutis , sed de ipsa deniq; salute
penitus desperandum : Hoc ipsum enim , an Minister sit verè
pius , an vero hypocrita , certò nosse , est solius Divinæ Sapientie.

LXII. Quocirca ad hunc desperationis & exitii sco-
pulum declinandum , firmiter credendum statuendum q; est ,
verbum Dei manere verbum Dñi , Sacraenta manere Christi
Sacraenta , & esse insitâ à Dño virtute ad salutem
prædicta , à quo cunq; tandem homine illud prædicetur & hæc
dispensentur.

LXIII. In Veteri Testamento , quando de veritate legi-
timæ & efficacis circumcisionis certi esse cupiebant , sane non
opus erat demum investigare , quomodo personæ , à quibus
circumcisio peracta erat , fuissent comparatae , pizenæ an impiaæ.

LXIV. Et Christus in Novo Testamento Matth. 23. v. 23.
dicit , Super ecclesiam Mosis sedent Scribe & Pharisei , qui quid
dixerint vobis , facite . Quibus sane verbis Servator dilectè ap-
pro-



probat ipsorum ministerium, quād diu scilicet & quatenus in
cathedra Mosis sedent, ejus doctrinā profitentur, quantum
vis ipsi per se Pharisæi & Scribæ non uno modo impii fuerint.
Vult ergo Christus audire Doctores, verbum Dei docentes, et
iam si non semper sanctissimè vivant.

LXV. Et sanè si efficacia verbi & Sacramentorum à pie-
tate Ministeriorum suspensa crederetur, Christus ad prædicandū
Evangelium Regni non destinasset Iudam proditorem,
quem fide verā vacuum esse noverat Dominus ab initio, *Johan.*
6. v. 64. 70. cap. 13. v. 10. n. Qui nihilominus idem Evangelium,
quod cæteri Apostoli; prædicavit, & quidem cum eadem effica-
ciā, ad conversionem hominum, *Matth. 10.*

LXVI. Et Paulus ipse scribit i. *Cor. 9. v. ult.* *Castigo*
corpus meum, & subigo carnem meam, ne dum aliis prædicavero, ipse
reprobis efficiar: Quo ipso disertè perhibet, posse aliquem aliis
prædicare ad salutem, ut nihilominus ipse reprobis fiat: pro-
indeq; Deum efficacē esse per suum opus, per verbum & Sa-
cramenta, sive Minister, qui mysteria illa dispensat, ratione
vitæ sua pius sit, sive impius.

LXVII. Inquis, carere hypocritas illos Spiritu sancto,
qui per ministerium est efficax; quomodo ergo ipsorum mini-
sterium non carebit efficaciā? Responsio est facilis, quando
distinguitur inter Personam & officium: Etiamsi enim ejus-
modi hypocrita ratione sua personæ, Spiritus sancti gratiam
non habeat: Officium tamen & ministerium, quod sustinet &
tractat, vi ordinatio Divinæ, gratiam Divini Spiritus adjun-
ctam habet, ne prædicatio verbū Dei, & verorum Sacramen-
torum dispensatio fructu & effectu suo spolietur.

LXIX. Neq; illud i. *Cor. 2.* potest objici, quod homo nō
renatus & *Ψυχικός* non percipiat ea, quæ sunt Spiritus: Di-
stinguendum namq; rursus est, inter notitiam literæ, quæ est si-
ne ullo serio motu cordis, qui ad Christum & ad vitam æter-
nam ducat: Et inter notitiam Spiritus, quæ conjunctam Ha-
bet ejusmodi animi actionem & impulsu, qui in Christum
& Spiritualem justitiam tendit. Carent quidem ministri nō ren-
ti notitiâ illâ, quæ Spiritus dicitur: Quandoquidem cognitio,
C quam



quam habent de doctrinâ Evangelii, non in ipsis, ratione propria personæ, illorum est viva & salutaris: Quia nihilominus litteralem capitum Christianismi habent cognitionem, doce-re utiq; possunt alios: quorum institutioni, si verbo patefa-ctis consentanea, Spiritus sanctus tanquam organo à se divini-tus instituto, suam in audientium animis efficaciam adjungit.

LXIX. Confirmat idem Lombardus lib. 4. dis. 5. Et contrarium dogma pulcherrimis Augustini verbis concilioat: Sunt ministri justi, si volunt, sín autem noluerint esse justi, qui sedent in cathedrâ Mosis, securum me facit Magister meus Christus, de quo Spiritus sanctus dicit; Hic est, qui baptizat: Item, quos baptizavit Judas, Christus baptizavit. Item baptismus talis est, qualis est ille, in cuius potestate datur: non qualis est ille, per cujus ministerium datur.

LXX. Hæc ergo sunt media illa & remedia, per quæ cœū instrumenta, divinus ille Spiritus vim suam & virtutem exerit, fidemq; salvificam solis creditibus applicat. Et sic sa-tis de priore membro, explicante rō̄n, quod per ministerium verbi & Sacramentorum, fides in cordibus nostris accen-datur.

LXXI. Sequitur posterius, exponens rō̄n, quomo-do illa comparetur. In modi hujus expositione quinq; sunt, quæ Confessores annotanda censuerunt.

LXXII. Primum est, quod Spiritus sanctus donetur cre-ditur. Quo ostenditur, credere sine Spiritu sancto neminem posse. Cum is fidem, & ut homo credit, solus efficiat; Et in quo illam efficiat, in eo tanquam in templo suo habitet.

LXXIII. Quæ annotatione Pontificiorum nugis est op-ponenda, qui fidem quandam esse dictitant, quæ cum impi-e-rate sit conjuncta: eoq; justificationem nobis objiciunt, quæ Spiritus sancti præsentia & cohabitatione careat.

LXXIV. At cæci isti & cæcorum Duces bis hallucin-an-tur. Primum, quod fides illa justificans a nobis non sta-tuatur, quam illi objiciunt, nempe historica. Sed quæ est fi-ducia in meritum Christi propria. Deinde, quod hanc ipsam fidem,



Adem, nisi Spiritu sancto prius habito, nemo quisquam con-
quatur; Et ut sic Spiritus sancti presentiam à justificatione mi-
nimè excludi, sed ipsum quasi inter prima collocari satis mani-
festè pateat.

LXXV. Secundum est, quod non *āutōwē* Spiritus san-
ctus donetur, fidesq; in nobis excitetur (nisi in parvulis per ca-
sum necessitatis ab ordinario fidei medio & regenerationis ex-
clusis) sed *ēmuēwē* per verbum & Sacra menta, tanquam in-
strumenta. Quæ causa est, quod Confessores nostri principa-
liter in eo sint occupati, ut ostendant, fide non *āutōwē*, sed *ēmuēwē* per verbi usum & Sacramentorum ministerium nobis
conferri; non quidem, quod non aliter Deus possit, sed quod
non aliter velit.

LXXVI. Opponitur hoc Enthusiastarum furoribus,
qui quidem Spiritum sanctum justificandis donari concedunt,
& statuunt, id vero *ēmuēwē* fieri negant, sed hominibus per ra-
ptus, nescio quos, *āutōwē* obtingere nugantur, contrà ma-
nifestam Dei revelationem & promissionem: quâ docemur,
spiritum sanctum habere suum quasi quoddam *ōxnuas*, quo
devehitur, verbum nimirum & Sacra menta, ut demonstra-
tum.

LXXVII. Tertium est, quod dicant Confessores, *Sp*-
iritum sanctum convertendo & justificando collatam fidem efficere.
Ut enim dona reliqua, ita fidem quoque à Spiritu sancto tribui
locuples testis est Apostolus *i. Cor. 12. v. 9.* Alii vero datur fi-
des per eundem Spiritum, *v. 11.* Et *hęc omnia efficit unus ille*
& idem Spiritus; quocircà fides non rationis humanae, non li-
beri arbitrii viribus aut sapientia humana acquiritur, sed est
donum Dei, *Philipp. 1. v. 29.* & *Coloff. 2. v. 12.* ut illud ab initio
fusius declaravimus.

LXXIX. Donatur autem fides & efficitur à Spiritu
sancto itidem non *āutōwē*, sed eo ipso, quo ipse etiam acquisi-
tus fuit, organo verbi & Sacramentorum. Siquidem fides ex
auditu est *Rom. 10. v. 17.* Baptizatur unusquisq; in nomine JESU,
in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus



*Sancti, Acto. 2. v. 38. Per lavacrum regenerationis & renovationis.
Spiritus sancti salvavit nos Tit. 3. v. 5.*

LXXIX. Quartum est, quod confessio addit: *Ubi & quando visum est Deo. Verba hæc seorsim cum præcedente membro conjungunt Pontifici; ut Johannes de Daventriâ f. 63. & eiusmodi sensum efficiunt, quod Spiritus sanctus donatus efficiat fidem, ubi & quando visum sit Deo. Indeque statim colliguntur & insidiosè sophisticantur, Spiritum sanctum donatum non semper neque statim operari fidem, sicque dari infidelibus, atque habitare in impiis, sed sine crege et operatione.*

LXXX. Ludunt autem ac fallunt sophismate compositionis & divisionis. Quandoquidem verba hæc non cum proxime præcedentibus sunt tantum & seorsim conjungenda; sed cohaerent cum tota præcedente oratione, proindeque hunc inse sensum continent & largiuntur: *Per verbum & Sacmenta, tanquam per instrumenta à Deo Spiritum sanctum, qui fidem operatur, donari audientibus, ubi & quando visum sit Deo. Quandoquidem ut Sapiens loquitur c. 1. v. 4. & 5. In animam malevolam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subditum peccatis. Et Spiritus sanctus disciplina fugit dolum, & recedit à cogitationibus hominum, qui carent intelligentia.*

LXXXI. Ultimum est, quod Confessores addunt conditionem: *Spiritum sanctum nimirum, fidei autorem donari his, qui audiunt Evangelium: si mulque annectunt & explicant summam Evangelii: quod Deus non propter nostra merita, sed propter Christum justificet hos, qui credunt, se propter Christum in gratiam recipi. De quo argumento dictum Articulo præcedente quarto: & de Sacramentorum usu ex professo tractat Art. 13.*

LXXXII. Notandum autem, quod hic non agitur de quovis auditu Evangelii, sed de illo duntaxat, qui conversionem & justificationem antecedit: non quoque fit mentio Sacmentorum, sed solius Evangelii: Quod nondum conversi ad usum istorum non admittantur, exceptis infantibus, recens natis, quibus fides in baptismo confertur simul & ob-signatur.

LXXXIII. Qualis etiam iste sit auditus, ex his ipsis, quæ hic ponuntur, minimè obscurum est; nempe talis, qui fidem omnem atque



atq; sic ipsum etiam Spiritus S. donum antecedit: verbum nihilominus Evangelii serio percipit, diligenter judicat & expedit: quod carnale studium Theologi appellare solent.

LXXXIV. Ubi, si queras, possitne homo nondum renatus & sibi relictus ex suis viribus audire verbum, & uti Sacramentis: & an Deus per ealem auditum usumq; esse velit efficax, ut Spiritum sanctum fidemq; hominibus largiatur.

LXXXV. Affirmamus utrumq; & disertè pro nobis responderet Scriptura, hominem nimirum ψυχὴν animalem in dūm renatum posse de Deo cogitare Rom. 1. v. 21. Scripturam legere 2. Cor. 3. v. 14. audire verbum Dei Act. 17. v. 20. Et quidem libenter sive cum voluptate Marc. 6. v. 20. Act. 26. v. 1. & seqq. de Deo loqui Psal. 50. v. 16. Scrutari Scripturam Job. 5. v. 39. eamq; evolvere Act. 17. v. 11. & quidem cum zelo quodam, sed non secundum scientiam. Rom. 10. v. 2.

LXXXVI. Exempla sunt obvia, tam in Veteri, quam in Novo Testamento. Amos famen verbi divini tribuit Judæis c. 8. v. 11. 12. Sic Lucæ 13. v. 24. Nicodemus nondum sane renatus ad Christum venit, ac divinæ doctrinæ testimonium, miraculorum vi convictus saltem, Christo perhibuit. Job. 3. v. 2. Paulus nondum conversus aut renatus, auditâ voce cœlesti; quis es? Domine, quid me vis facere? percontatur. Act. 9. v. 5. 6. Felix vienens cum Drusellâ uxore suâ, quæ Judæa erat, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ est in Christo. Act. 24. v. 24. & Act. 13. v. 2. de Sergio proconsule dicitur, quod desideravit audire verbum Dei.

LXXXVII. Et sane tota hæc quæstio potest pulcherrimè illustrari exemplo Augustini de suâ à Manichæismo conversione sic scribentis lib. 5. confess. c. 3. Veni Mediolanum ad Ambrosium Episcopum, & studiosè audiebam disputantem in populo, non intentione, quâ debui, sed quasi explorans ejus facundiam &c. Rerum autem incuriosus & contemptor adstabam, & delectabar suoritate sermonis &c. & cap. 4: Cum non satagerem discere, quæ dicebat, sed tantum, quemadmodum dicebat, audire (ea quippe mibi jam disputanti ad te viam patere homini inanis cum remanserit) veniebant in animum meum simul cum verbis, quæ diligebam, res etiam, quas neglige-



gligebam: neq; enim ea dirimere possem. Et dum cor aperirem
ad excipendum, quam disertè diceret, pariter intrabat: Et quam ve-
rè diceret, gradatim quidem. Nam primò etiam ipsa defendere pos-
se mihi jam cuperant videri, & fidem Catholicam, pro quā nihil
posse dici adversus oppugnantes Manicheos putaveram, jam non im-
pudenter afferi existimabam, maximè audito uno atq; altero & sa-
pius enigmate soluto de scripturis veteribus: ubi cùm ad litteram ac-
ciperem, occidebar Spiritualiter &c. videatur ipse Augustinus.

LXXXIX. Ex hâc orthodoxâ sententiâ non metuen-
dum, sequi, quæ inde quideni malè feriati detorquent; nempe
pugnare illam contrâ Sacram Scripturam, proindeque objici-
unt, omnia illa scripturæ dicta, quibus non renatis live anima-
lis hominis corruptio, exortas, aduauia in rebus spiritualibus
describitur, utpote Rom. 8.v.7. Φεύγωντα &c. 1. Corintb. 2. v. 14.
Ψυχικὸς &c. Ephes. 2. v. 1. νεκροὶ &c. Epb. 2. v. 3. ὁ θεός τένεια &c.
Secundò doceri illa principium salutis & conversionis, ab ho-
mione magis, quam à Deo pendere. 3. Manifestam συνέπειαν
committi.

LXXXIX. Ad primum enim Responsio est expedita,
omnibus illis allegatis sacrae Scripturæ testimoniis non rem.,
sed modum impugnari. Aliud enim est loqui de auditu ver-
bi, de usu Sacmentorum; & deinde aliud, de auditu & usu
salutari agere. Audire quidem potest homo verbum,,
itemq; uti Sacmentis; sed non ex suis viribus salutariter. E-
vincunt igitur illa testimonia nihil aliud, quam ut salutaris sic
auditus ille & usus effici ab homine nunquam posse; non ut
planè nullus sit. Nos vero effectum utilem & salutarem fru-
ctum, non à studio hominum, sed à solius Dei amore & gra-
tiâ proficiisci, ultrò etiam concedimus, & per omnia lar-
gimur.

X C. Sic neq; secundum, quod objicitur, absurdum ex
nostris hypothesisibus infertur. Quandoquidem illis duntaxat
ordo notatur, non causa rei redditur, neq; terminus, ex quo fiat
conversio, sed à quo fiat, indicatur. Nam quando Spiritus
Sanctus per auditum istum dicitur esse efficax, ad conversionē,
non



nōn sequitur inde principium conversionis ab homine profici, sed id du ntaxat fieri, quod sequitur, conversio à Spiritu sancto in nobis effecta.

XCI. Eodem modo refellitur etiam ~~curse yēas~~ insimulatio. Pernegamus enim; posse hominem ex suis viribus ad Dei gratiam se applicare, & adserre aliquid ad sui conversionem, memores illius Apostoli Rom. 9.v.16. Non est currente neque volentis, sed misericordia Dei. Externa namq; illa sunt media, quibus quicquid tribuis, totum à Dei pendet misericordia. Neque vel in auribus hominis, vel etiam in animo ulla est virtus & efficacia, ut homo ad Deum converti possit: cùm multi verbum Dei audiant, nequaquam tamē convertantur, quod obiciem ponant Spiritui sancto, sive suā securitate, sive contumacia, sive aliis perversis moribus.

XCII. Et corōnidis loco accurate tenendum est, quod in negotio salutis Deus suā gratiā nos simpliciter præveniat: prævenit nos prædicatione Evangelii, quod caro & sanguis revelare nō potuit; sed Filius Dei ē sūa æterni Patris nobis enarravit. Prævenit nos mittendo operarios in messem suam. Si enim Dominus illos non extrudat, nemo est, qui Evangelium doceat: proindeq; nemo illud audire potest: Prævenit ergo nos, vocando nos, per ministros suos, quos quilibet qui audiē non minūs quam Philosophum quendam aut Historicum. In hoc ipso autem auditu Spiritus sanctus est efficax: ut quæ effecta inde sequuntur, nullo mōdō homini vel ipsius naturalibus viribus, sed Deo, sive Spiritui sancto sint in solidum adscribenda. Homo quidem audit, atq; id facultate suā naturali: sed in auditu illō nihil spirituale illā operatur; sed Deus per verbum auditum in homine agit, ejus mentem divina luce colluстрat, & cor ad assentiēndū movet, quemadmodum ele-
ganter ostendit exemplū Augustini modo allegatum,
& omnium, qui per prædicationem verbi in adul-
tā & cōcē ad Deum convertuntur. Ad-
huc de Thesi.

F I N I S.



Allusio ἀναγεμματική

Ad

Nomen & Disputationem.

Præstantissimi Dn. RESPONDENTIS Fauto-
ris ac Convictoris sui plurimum dilecti &c.

MAGISTER NICEPHORUS KESSELIUS
ἀναγεμματίζεται (k.in g.)

His armis vinces Lupos & Greges.

ἐξήγησις :

Jnfandum! infenos hostes Republica sentit,
Qui mortem nocuis innocuisq; ferunt!
Et prope nîl præter cruda Arma,arma,arma sonantes,
Interitum Patriæ, corpora, opesq; petunt.
Insuper ipsa Lupos afflita Ecclesia sentit,
Hæreticos vaftos, Hæreticosq; truces;
Qui vitas ovium Christi, quin omnia nostra,
Sacramenta Dei verbaq; sacra petunt!
Hos contra, Christo duce & auspice, docte Magister,
Præside sub claro; dum sacra bella geris,
Sacramenta pio, pro viribus, asseris ausu,
Proq; ministerio mystica tela paras.
His ARMIS VINCES reprobosq; piosq; juvabis,
Stipite Legali, stipite Evangelii.
Quippe Lupos poteris prostertere fulmine Legis,
Et servare GREGES fulmine Evangelii.
Hoc fac; his armis prosterne luposq; gregesq;
Assere, quos Christus tradet abinde Tibi.
Sic magnus victor, turusq; à dente lupo rum,
Atq; gregi gratus, grata brabéa feres!

*In
Stolbergensi
voxit
Colbergensis*

M. JOACHIMUS OTTHO P.



Ad præstantiss. atq; Huma-
nissimum Dn. M. RESPONDENTEM
Fautorem & Amicum suum
perdilectum.

Jmpiger ut Martis pullus, cum prima pericla
Passus, non dubitat prælia porrò sequi:
Sic, KESSELI, iterum surgens certamina
magno

Sub Duce, MARTINO, docta subire paras.
Fortiter en pugna! Vires olimq; ministret
Entbeatis sacri Numinis ipsa Tibi.
Sic verè gaudes Victoris nomine, veram,
Et simul hinc laudem, præmia & ampla
meres.

Nempe coronabit studij Te candida meta,
Cum surgent olim gloria, fama, decus.

Amoris & Honoris ergo
scrib.

M. ERICUS Pelshofer
Græc. Styrus.



*Ad Praestantisimum & Humanissimum
Dn. M. RESPONDENTEM, amicum
& Fautorem suum tenerè ada-
mandum.*

*Quod Witebergæ, ubi Evangelii venerabile lumen,
Ac ubi Doctorum clara caterva viget,
Crebrò KESSELI concendis pulpita sacra
Nec cum Solveris manè recurrit equis,
Est Tibi nulla quies nec cum se condit in undas;
Applaudit factis his studiosa cohors.
Pergere si perges divini oracula verbi.
Volvere. & in studiis sedulus esse tuis,
Vaticinor, (nostram non fallet opinio mentem)
Grande Tibi egregii surget honoris opus.
Nam juvat in studiis consumere dulcibus ævum,
Signaque Musarum prosperiora sequi.*

*Honoris & Amoris ergo
scrib.*

*M. Christophorus Bened. Gericcius;
Lisnia Misnic. S.S.Th. Stud.*

M. E. C. A. P. E. P. e. p. o. l. e. r.







mit der Zeit verfallen und durch Zersetzung
verloren gehen. Desgleichen werden die Wälder
und Weingärten auf den Felsen zerstört und
die Böden der Erde verloren gehen. Das ist ein
großer Verlust für uns alle. Aber wenn wir
die Erde auf dem Lande verwüsten, so wird
dieselbe verloren gehen. Und wenn wir
die Erde verloren haben, so werden wir
auch keinen Wein mehr ernten können. Und
wenn wir keinen Wein mehr ernten können,
so werden wir auch kein Brot essen können.
Und wenn wir kein Brot essen können,
so werden wir auch keine Käse machen
können. Und wenn wir keinen Käse machen
können, so werden wir auch keine Butter
machen können. Und wenn wir keine Butter
machen können, so werden wir auch keine
Schmalz machen können. Und wenn wir
keine Schmalz machen können, so werden
wir auch keine Fett machen können. Und
wenn wir kein Fett machen können, so werden
wir auch keinen Leder herstellen können.
Und wenn wir kein Leder herstellen können,
so werden wir auch keine Stiefel machen
können. Und wenn wir keine Stiefel machen
können, so werden wir auch keine Hosen
machen können. Und wenn wir keine Hosen
machen können, so werden wir auch keine
Hosen machen können. Und wenn wir
keine Hosen machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Shirts
machen können. Und wenn wir keine Shirts
machen können, so werden wir auch keine
Shirts machen können. Und wenn wir
keine Shirts machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.

Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.
Und wenn wir keine Hemden machen
können, so werden wir auch keine Hemden
machen können. Und wenn wir keine
Hemden machen können, so werden wir
auch keine Hemden machen können.



33 38

COLLEGII TERTII
In Augustanam Confessionem

DISPUTATIO I.

continens

ΘΕΣΙΝ ARTICVLI V.

De

Ministerio Verbi &
Sacramentorum,

Proposita.

